

Caput XII. De Relatis.

- I. Quid sit?** R. Ἐστὶ τὰ πρὸς τι, οἷς τὸ εἶναι ταῦτ' ἐστὶ τὸ πρὸς τι πῶς ἔχει. *I. Categ. cap. 7. RELATA sunt, quorum esse nihil aliud est, quam ad aliquid se quodam modo habere, Id est, quæ nihil aliud denotant, quàm relationem ad aliud, ut pater, filius &c.)*
- II. Quot in vera RELATIONE sint considerata? R. quinque**
1. *Subiectum*, quod ut & aliorum accidentium omnium est substantia.
  2. *Fundamentum*, quod est accidens aliquod absolutum, quo mediante Relatio suo subiecto inesse potest.
  3. *Ratio fundandi*, quæ est conditio, sine qua relatio non sequitur fundamentum.
  4. *Termini*, qui sunt duo correlativa, quæ ad se invicem referuntur.
  5. *Relatio ipsa*, quæ est mutuus terminorum inter se respectus.
- III. Quotuplicia, Resp. sunt**
1. vel *Secundum dici*, quæ primario in alio prædicamento locum habent, & quodammodo ad aliud referuntur: *ut scientia scibile.*
  2. vel *Secundum esse* quorum tota essentia in eo posita est, referuntur ad aliud. *Hæc sola hoc prædicamentum constituunt.*
  2. vel *Equiparantia*, quæ referuntur ad correlativa ejusdem nominis: *ut frater, &c.*
  - Disquiparantia*, quæ referuntur ad correlativa diversi nominis: *ut Dominus, &c.*
- V. Proprietates.**
1. Πάντα πρὸς τι ἀντιστρέφοντα λέγεται. *Omnia relata referuntur ad ea, quæ recipiuntur: Id est, Omnia relativa referuntur ad sua correlata: ut Pater est Filii Pater, & Filius est Patris Filius.*
  2. Δοκεῖ τὰ πρὸς τι ἅμα τῇ φύσει εἶναι. *Videntur Relata simul natura esse: Sic dato patre datur filius, & dato filio datur pater.*
  3. Ἐάν τις εἰδῆ τι ὁρισμένως τῶν πρὸς τι καθεῖνο πρὸς ὃ λέγεται ὁρισμένως εἴσται. *Si quis unum relatorum definite noverit, etiam id, ad quod refertur, definite noscet.*

Caput XII. de sex ultimis prædicamentis.

- I. Quid sint?** R. ACTIO est forma, à qua quippiam dicitur agere; PASSIO est forma, à qua quippiam dicitur pati.
- II. Quotuplices sit ACTIO**
- R. vel
1. *Immanens*, quæ manet in agente, nullamque evidentem mutationem extrinsecus infert: *ut intellectio.*
  2. *Transiens*, quæ ab agente exit, & in patiente tanquam in subiecto recipitur: *ut calefactio.*
- III. Proprietates.**
1. Recipiunt contrarium, *id est: Actio potest esse contraria actioni, & passio passioni.*
  2. Recipiunt magis & minus, *Id est: Concreta, Actionis & Passionis quedam possunt predicari cum adverbis magis & minus.*
- QUANDO**, est existentia rei in tempore: *ut fuisse heri, esse hodie, &c.*
- UBI**, est præsentia rei in loco: *ut esse in schola, foro, templo, &c.*
- SITUS**, est dispositio partium in toto in ordine ad locum: *ut stare, cubare, &c.*
- HABITUS**, est indumenti vel ornamenti ad corpus applicatio: *ut esse calceatum, &c.*

De sex ultimis PRÆDICAM.

De ACTIO NE & PAS SIONE tres not.

- I. Quid sint?** R. ACTIO est forma, à qua quippiam dicitur agere; PASSIO est forma, à qua quippiam dicitur pati.
- II. Quotuplices sit ACTIO**
- R. vel
1. *Immanens*, quæ manet in agente, nullamque evidentem mutationem extrinsecus infert: *ut intellectio.*
  2. *Transiens*, quæ ab agente exit, & in patiente tanquam in subiecto recipitur: *ut calefactio.*
- III. Proprietates.**
1. Recipiunt contrarium, *id est: Actio potest esse contraria actioni, & passio passioni.*
  2. Recipiunt magis & minus, *Id est: Concreta, Actionis & Passionis quedam possunt predicari cum adverbis magis & minus.*

**QUANDO**, est existentia rei in tempore: *ut fuisse heri, esse hodie, &c.*

**UBI**, est præsentia rei in loco: *ut esse in schola, foro, templo, &c.*

**SITUS**, est dispositio partium in toto in ordine ad locum: *ut stare, cubare, &c.*

**HABITUS**, est indumenti vel ornamenti ad corpus applicatio: *ut esse calceatum, &c.*